affirmat *B. D. D. Rolfincius lib. 9. Conſultat. 4.*

℞ ℅ *N. Moſch. expreſſ.* ℥iij. *menth. criſp. abſinth. cinamom. caryophyll. alb. angel.* āā ℈x.
*Juniperini* ℈j.

In pyxide eburneâ M. S. Magen-Balſam.

In hujus defectu *vel ſolum oleum Juniperi* officium faciet, cum & illud prodeſſe teſtetur *Conrad. Kunrath medull. deſtill. p. 441.*

## Caput XXII.

## JUNIPERUM MEDICAMENTUM UTERINUM AD UTERI MORBOS PRONUNCIAT.

### I. UTERI DOLORES.

POſſibile eſſe uterum variis doloribus affici nemo facilè negabit, cum ille corporis pars ſit membranoſa exquiſitoque ſenſu prædita, ſæpiusque per experientiam uterini dolores nobis innoteſcant graviſſimi variis ex cauſis vel humoroſis vel vaporoſis aliisque excitati. *Uteri dolor.*

In his tanquam ad ſacram anchoram ad *juniperina* videlicet confugere licet *medicamenta*, eoque magis, ſi malum à flatibus ortum ducere videatur.

Sic

*Internè.* Sic ad dolores uterinos *baccas & Spir. Juniperi* commendat *Sebizius part. V. Spec. Med. Pract. Sect. 2. cap. XI.*

*Rodericus à Caſtro* in doloribus uterinis uterinum proponit clyſterem *lib. 2. de morb. mulier. cap. 8.* qui talis eſt.

℞ *Fol. origan. petroſel. helen. aneth. artemiſ.* ãã Mß.
*Sem. nigell. cumin. dauc. aniſ.* ãã ℨj. *bacc. juniper.*
*Spic. nard. nuc. moſch. junc. odorat. cinamom.* ãã ℨß.

M. F. Decoctio in ſ. q. vini opt. ad medias pro Clyſtere uterino.

Aquam Theriacalem *idem* tradit *Autor loc. cit.* quæ

℞ *Fol. ſalv. ebul. beton. hyperic. chamædr. ſambuc. chamæpyt. origan. puleg. rut. hyſſop. caryophillat. gentian. ariſtol. rot.* ãã Mß.
*Polypod. ſchœnanth. ſpic. caſſ. lign. macis* ãã ℨj.
*Bacc. laur.* ℨß. *F. chamomill.* ℨij. *nucl. perſicor.*
*Balſamin. pimpinell. chelidon. agrimon.* ãã ℥ij.
*Roſmarin.* ℥j. *diptamn. tormentill. ſcabioſæ* ãã ℥iv.
*Sem. bardan.* ℨj *aniſ. fœnicul.*
*Serpill. pom. alkekeng. gran. juniper. petroſel.* ãã ℥ß.

*Sabin.*

*Sabin. naſturt.* ãã Mß. *carvi, cumin. Seſel,* ãã ʒß. *rad. ireos, tamariſc c. flor.* ãã ℥ß.

Ex his omnibus F. Pulvis, qui dividatur in 6. partes, quarum 1. ponas in ſ. q. aqu. Vitæ ter deſtillat. per diem naturalem, deinde deſtillabis. Poſtea alteram partem pulveris in aquâ ſi deſtillatâ macerabis, ſimiliterque deſtillabis, & ſic deinceps. Ultimum liquorem ſerva & adde:

*Nuc. moſch. macis, cardamom. cinamom. zedoar.* ãã ℥iij *agalloch. ſandal. alb. & rubr. coſt.* ãã ℥ij. *eſſ. d. cord. cerv.* ℥j. *theriac. antiqu.* ℥j. *zinzib. amon. cubeb. gran. paradiſ. galang. piper.* ãã ʒiv. *Moſch. (ſi dives ſit)* ℥j *vel amplius.*

Per triduum omnia in prædictâ aqua madefiant, deinde in MB. lento igne iterùm deſtillentur, tandem adde mell. deſpumat octavam partem & cum per diem quieverint, deſtilla & ſerva: nam ſunt eximiæ hujus aquæ vires, nec ſolùm dolores ſedat & flatus diſcutit, ſed plerisque aliis morbis à causâ frigidâ aut malignâ ortis etiam opitulatur.

Externè non ſemel in doloribus uterinis experti ſumus ſequentis linimenti vires, **Externè.**

℞ *Ung. anodyn.* ℥ß. ℴ℩ *deſtillat. carv. meliſſ. juniper. ſuccin.* ãã ℈ß.

Miſc. S. Euſerl. Mutter-Sälblein.

## II. TORMINA POST PARTUM.

*Dolor poſt partum.*

CUm ſexum fœmininum nunquam frequentiùs de doloribus uterinis conqueri audiamus, ac poſt partum, meritò & hoc loco de illis agimus.

Sequenti oleo magnam adſcribit efficaciam *Riverius*, quod tempore idoneo componi & in officinis aſſervari debet, *lib. 15. Med. Pract. cap. 21.*

℞ *Radic. ariſtol. rot. ir. Flor. pæon.* ā ā ℥j.
*cyper.* ℥ß.
*Fol. ſicc. arthemiſ. matricar. origan. puleg. calament. dictamn. cret. abſinth. ſabin. rut. betonic. ſalv.* ā ā Mj.
*Flor. anthous, ſtœchad. lavendul. aneth. chamæmel. hyperic. ſambuc.* ā ā Mß.
*Gran. laur. juniper.* ā ā ℥ß.
*Sem. rut. pæon. dauc. agn. caſt.* ā ā ʒiij.
*Caryophyl. nuciſt. cinamom. zinzib.* ā ā ʒij.

Omnia conciſa & contuſa Miſc. ac in olei veter. ℔vi. macerentur, ſtent per ſeptimanam in vaſe fictili clauſo, dein ſupra calidos cineres ſpatio 4. vel 5. horarum bulliant, poſtea oleum exprimatur & ad uſum aſſervetur.

Porrò ſequens fotus ut præſcribatur autor eſt idem *Riverius loc. cit.*

℞ *Rad*

℞ *Rad. alth.* ℥ij. *Herb. V. emoll.* āā Mj.
*Foll. meliſſ. matricar. arthemiſ.* āā Mij.
*Sem. Carv.* ℥ß. *Bacc. juniper.* ʒij.
Inciſ. D. ad ſacculos duos quadratos in lacte coquendos & hypogaſtrio tepidè alternatim applicandos.

*Elixir Juniperinum* additis ol. carvi gutt. ij. & cum eſſentiâ anodynâ mixtum & cum ▽ menth. exhibitum nec non linimentum in dolore uterino deſcriptum, in quamplurimis puerperis præſentaneam præſtitiſſe operam novimus. *Obſervatio.*

## III. SUFFOCATIO UTERINA.

QUanta commoda ſexus fœmininus ab utero ſentit, tanta quoque incommoda ab eodem experitur, & ſic verè dicitur:

*Commoditas omnis ſua fert incommoda ſua.*

Equidem non ad ſexus ſolùm propagationem, ſed ad ſanitatis quoque conſervationem uterus mulieribus datus, at maximis quoque cruciatibus ab illo provenientibus è contrario ſunt obnoxiæ, è quibus non poſtremi, qui ab *Uteri* proveniunt *Suffocatione*. *Uteri Suffocatio.* Malum hoc variis inſignitum eſt nominibus, vocatur enim *uteri ſuffocatio*, *ſtrangulatio*, *Præfocatio*, *Paſſio Hyſterica* & *Sylvio lib. 1. Prax. Med. cap. 2, 19. & 22. Suffocatio Hypochondriaca* audit, quoniam ſym-

ptomata, quæ in acceſſione illius obſervantur, non tàm ex utero, quàm hypochondriis affectis provenire putat. Nonnulli etiam *uteri aſcenſum* & *ſuffocationem* eundem ſignificare morbum autumant, ſed optimè monet *Rodericus à Caſtro lib. 2. d. morb. mulier. cap. 17.* in uteri aſcenſu tot tamque varia ac gravia ſymptomata non adeſſe, ut in ſuffocatione uterinâ.

In πολυμόρφῳ hoc affectu *Juniperus* quoque præſtò eſt, ideoque & inter ſimplicia hyſterica refertur *à Savanarola tract. VI. Pract. major. cap. 21.* Adhibetur ea tàm in paroxyſmo, quàm extra paroxyſmum.

Clyſteres tempore paroxyſmi adhibiti multum ſpondent levaminis, ſic *Riverius lib. XV. Med. Pract. cap. 6.* tale præſcribit enema:

℞ *Rad. bryon.* ℥j. *Herb. arthemiſ. puleg. meliſſ. beton.* ā̄ā Mj.
*Sem. carv.* ʒiij. *bacc. juniper.* ʒij.
Coqu. in ſ. q. ▽æ commun. in Colaturæ ℥x. ſolv.
*Mell. anthoſat.* ℥iij. *ol. rut.* ℥j.
*Elect. hiecr. pier. log.* ℥ß. *Terebinth. cum vitell. ov. ſolut.* ʒij
M. F. Clyſter pro neceſſitate aliquoties reiterandas.

Similiter clyſterem tempore paroxyſmi adhibuit *Platerus*, cui *baccæ Juniperi*

*peri* erant additæ, cujus deſcriptionem tradimus ſupra de ſyncope.

Internè *Spiritum Juniperi* à pauperioribus mulieribus adhibitum paroxyſmos hyſtericos feliciſſimè ſolviſſe & ab illis liberaſſe non ſemel vidimus. *Internè in paroxyſmo.*

Sic aquam Hyſtericam *Spiritu Juniperi Timæus à Güldenklee p. 406. Deſcript. medicament. caſ. med. annexa & Quercetanus* Extractum Hyſtericum majus *baccis Juniperi cap. 26. Pharmacop. dogm. reſtitut.* nobilitat.

Tinctura Granorum Actes *Hartmanni & Mynſichti* ſi cum *Spiritu Juniperi rectificatiſſimo* præparetur, multò melior, & penetrantior evadit, ſicut hoc ſæpè ſumus experti.

*Elixir Juniperinum* vel per ſe vel cum *eſſentiâ caſtorei* permixtum hyſtericis optimè profuiſſe & multoties *à Nobiliſſ. D. D. Friderici p. m.* exhibitum maximo cum fructu novimus illudque inſuper confirmat *Protocollo Medic. MScr.* variis in locis.

Elixir uterinum ſequens tradit *B. D. D. Hofmannus Theſaur. Pharmaceut. pag. 62.*

℞ *Spir. Juniper. opt. balſamic.* ℔iß.
*Croc. Auſtr.* ℥ß. *caſtor.* ʒij. *ferment. anodyn.* ʒij.
*Elaoſacch. ſuccin.* ℥ß.

U Mixta

Mixta ſtent in digeſtione aliquamdiu, poſtea filtrentur. Doſ. à gutt. V. ad ʒß. in vehiculo convenienti.

Inter generoſiora quoq; præſidia referri meretur Balſamus polychreſtus dictus *Magnif. Dn. D. FROMMANNI, Conſulis & Phyſici Northuſani meritiſſimi*, cujus hæc eſt deſcriptio:

℞ °° *ſuccin. alb.* ʒVI. *junip. tereb.* āā ℥V.
*laur. expreſſ.* ℥j.
*Galban.* ℥ß. *oliban. myrrh. aloës* āā ʒVI.
*Caſtorei* ʒiij. *flor.* 🜍*is* ʒX. *rad. angel.* ʒiij.
*Croc.* ʒiß. *cubebar. cardamom.* āā ℈V.

Terenda terantur & infundantur ℘♂ xII. hinc per retortam deſtillentur S. Balſamus polychreſtus.

Sequens eſſentia uterina compoſita ob inſignes, quas poſſidet, dotes nobis frequenter in uſu eſt.

℞ *Herb. matricar. menth. meliſſ.* āā Mj.
*Flor. anth.* Mß. *chamomill. hort. lavend.* āā pij.
*Sem. carv.* ℥iß. *ſeſel. aneth.* āā ʒVI.
*Rad. zedoar.* ℥j. *acor. coſt. amar.* āā ℥ß.
*Cort. aurant.* ʒVI. *bacc. Juniper.* ℥ij. *laur.* ℥j.
*Caſſ. lign.* ʒVI. *anthophill.* ℥ß. *macis, cubeb.*
*Cardamom. excorticat.* ʒiij. *Croc. opt.* ʒiijß.
*Camphor.* ℥j. *myrrh. ſuccin. alb.* āā ℥ß.
*Gum. ſagapen.* ʒiij. *Caſto-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0316-9

*Caſtorei* ℥iß. *Opii crud.* ʒiij. *balſ. Indic. ver.* ʒj.

Conciſ. contuſ. infund. in ſ. q. *Spir. Juniper.* opt. rectificat. digerantur per ♂♀ 3. tinctum quod eſt decantetur, novus ſpiritus affundatur, conjuncti liquores parùm exhalent, quibus poſtea adde

*Ol. deſtill. ſuccin.* ʒj. *carvi, meliß.* āā ʒß.

Circuſentur juſto calore tàm diu, donec oleorum veſtigia amplius non appareant, & poſtea ſervetur ad uſum.

Doſ. in uterinis affectibus à ℈j ad ʒß. Sed prægnantibus non exhibeatur.

Externè in paroxyſmo ſacculum ſequentem adhibet *Riverius loc. ſupr. citat.* *Externè in paroxyſmo.*

℞ *Rad. angel.* ℥j. *Herb. beton. meliß. matricar.* āā Mij. *arthemiſ. puleg.* āā Mj. *Sem. lin.* ℥ß. *carv.* ʒiij. *Bacc. junip.* ʒij.

Incidantur omnia ad ſacculum quadratum, qui in vino rubro coctus applicetur.

Nec inutiles ſunt ſpecies ſequentes pro ſuffitu in paroxyſmo hyſterico.

℞ *Lign. ſantal. citr. juniper.* āā ℥ß. *Gumm. benz. ſtorac. calamit.* āā ʒiij. *Verruc. equ.* ʒvi. *Gall. moſch. q. v.*

Conciſ. contuſ. M. S. Species zum Rauch.

Prunis candentibus imponantur & utero excipiatur fumus.

Linimentum ſequens umbilico &

ventri inunctum magnum ſemper exhibuit in hyſtericis inſultibus levamen.

℞ ○○ *menth. matricar. juniper.* ãã ℨß.
*gagat. ſuccin.* ãã ℈j.
*Bal. d. Peru.* ℨj. *Axung. caſtor.* ℨij.
Miſc. F. linimentum S. Mutter Sälblein.

*ExtraParoxyſmū.* Extra Paroxyſmum commendantur medicamenta humores peccantes alterantia, evacuantia, diaphoretica & diuretica, quibus omnibus *Juniperus* cum ſuis partibus propter ſingularem ἐνέργειαν admiſcetur.

*Interna.* Sic *Platerus lib. 1. Obſervat. pag. 189.* ſequens Vinum uſuale matronæ hyſtericis accidentibus obnoxiæ ordinavit.

℞ *Rad. valerian. Meu* ãã ℥vi. *Imperator. angel.* ãã ℨiij.
*Herb. ſicc. meliß. majeran. arthemiſ. thym.* ãã ℨiß.
*Abſinth.* ℨij.
*Flor. roſmar. pœon. lavend.* ãã ℨj.
*Sem. cymin.* ℨj. *pœon.* ℨij. *fœnic.* ℨiij.
*Bacc. laur. Juniper.* ãã ℨß.
*Fol. plantag. ſicc. num. X.*
Infund. in Menſur. X. Vini, & de eo bibat.

Diaphoreticum deſiderantibus tale in affectu hyſterico ſæpius exhibuimus.

℞ *Tinctur. uterin. Mynſ. juniper* ãã ℨj.
*Spir. ✻ci. C. C. ⊖e volat. impragn.* ãã ℈j.

Miſc

Miſc. D. S. Schweißtreibende Mutter Miſtur Doſ. ʒß ad ℈ij.

Diureticum tale ordinavimus poſtea.

℞ *Mag. oc. 69.* ⊖ *juniper. ſuccin.* āā ℈j.
Miſc. D. S. Urintreib. Saltz auf 2. mahl.

Singulare quoque eſt electuarium uterinum ſequens.

℞ *Conſerv. fl. anth. meliſſ. menth.* āā ℥ß.
*Condit. rad. enul. zedoar.* āā ʒvi. *caryophill.* ʒiij.
*Electuar. diacor.* ℥j.
*Extract. cort. aurant. Juniper. cubebar.* āā ʒj.
*Spec. aromat. roſ. incompl. diagalang.* āā ℈iv.
⊖ ♃*is angelic.* ⊕*li* ♂*is* āā ʒij.
Miſc. omnia F. electuarium inſtillando ſub finem.
☍ *angel. bacc. juniper. cort. aurant. carv.* āā gr. v.
D. in pyxide S. Alterir und ſtärckender Zucker.

Externè ad præſervationem paroxyſmi hyſterici jam laudatus Platerus *lib. 1. obſervat. p. 200.* ſequens Decoctum pro pediluvio & triplicatis tunc ingredientibus pro Balneo quoque cum ſucceſſu ſe præſcripſiſſe teſtatur. *Externa extra Paroxyſmus.*

℞ *Rad. ireos, Rub. maj. lil.* āā ℥ij.
*Herb. arthem. nepet. matric. meliſſ.* āā Mj.
*F. chamomill. anthous.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0319-9

*Bacc. Laur. Juniper.* ãã pj.
*Sem ſeſeleos* ʒß, Miſce
Pro decocto ad fotum.

## CAPUT XXIII.

## JUNIPERUM MENSIUM MORBOS DEPELLERE PROMITTIT.

### I. MENSIUM RETENTIO.

*Menſes cur flores dicantur.*

HAud imperitè *Benedictus Sinabaldus lib. VI. geneanthropœjæ* ſed ingenioſè ſciſcitatur, *unde menſium fluxus flores* vulgari nomine appelletur, putatque *tractat. 1. cap. 1. cit. libr.* ideò *flores* dici, quod in *primo juventæ flore* appareant, quodque, ſicut arbor, è qua *flores* erumpunt, non ſterilis ſed fœcunda cenſetur, ita & mulier, cui menſtrualis catharſis debito modo, tempore & figura accidit utplurimùm fœcunda audiat, nec non, quod *floridus hic ſangvis*, non fœtidus, non tabo remixtus eſſe debeat, vel quoque quod *mulieres floridas* ſanguineas ille fluxus reddat, quod etiam adeò verum eſt, ut quæ illâ defraudantur, illicò in chloroſin, cachexiam, phthyſin, hydropem ſimilesque non minùs pernitioſas quàm deformes ægritudines, formam, ſpeciem atq; omnem vitæ floridum decorem deturpantes ac deſtruentes incidant, quare cum magna pars ſanitatis in legi-